



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones ab Alexandro VIII. Innocentio XII. & Clemente
XI. editas

Luxemburgi, 1739

III. Constitutio Visitationis Apost. Ecclesiarum, & locorum Piorum Urbis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74715](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74715)

Confirmatio
relati Decre-
ti.

Clausula.

Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati; de Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium praepositorum consilio, & attenta relatione bo. mem. Alderani dum vixit Episcopi Ostien. ejusdem S. R. E. Cardinalis Cybo nuncupati, qui Ordinis praedicti apud Nos, & Sedem Apostolicam Protectoris munere tuncungebatur, super praemissis ipsis Cardinalibus facta, praesertim Diffinitorii Generalis Decretum auctoritate Apostolica tenore praesentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos Juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus.

§. 2. Decernentes eadem praesentes Literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari: Sicque in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit Ordinis, Provinciarum, & Conventuum hujusmodi, etiam Juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die XXII. Decembris MDCC. Pontificatus Nostri Anno Primo.

III.

Mandatur Continuatio Visitationis Apostolicae Ecclesiarum, & locorum piorum Urbis.

Visitatio Apostolica fuit ab Inn. XII. Const. ed. 1693. Jan. 11. P. 2. Item Jan. 16. Februarii 7. & 11. Et iterum praecipitur continuatio Visitationis ab Inn. XIII. Const. ed. 1721. Maji 28. P. 1.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Cum se. re. Innocentius PP. XII. Praedecessor Noster circa Pontificatus sui primordia pastorem Cleri Romani, omniumque Almae Urbis Ecclesiarum, piorumque locorum, & operum Visitationem instituerit, eamque ipsemet in Patriarchalibus ejusdem Urbis Ecclesiis inchoaverit, ac sibi in eo munere Adjutores nonnullos ex Sacro Venerabilium Fratrum Nostrorum, tunc suorum S. R. E. Cardinalium Collegio elegerit, & assumpserit, eisque quosdam Romanae Curiae Praelatos, & alios subinde Cardinales adjunxerit, qui Visitationem ipsam peragerent, & negotia illam concernentia expedirent; Ac Secretarium, Judicem, Cancellarium, & Actua-

Refertur in-
stituto Visi-
tationis Ap.
ab Inn. XII.
praecipit, &
inchoat.

Dat. 14. Jan.
1701. An. 1.

Causa hujus
Constitutio-
nis.

Mandatum
de conti-
nuanda Visi-
tatione Motu
proprio fa-
ctum.

Item Confir-
matio, & no-
va concessio
facultatum
Visitationum.

Clausula.

rium, Commissarium, & Fiscalem, aliosque forsan officiales, & Ministros Sacrae Visitationis hujusmodi deputaverit, variasque eisdem Cardinalibus, ac eorum, & dictorum Praelatorum Congregationi, necnon officialibus, & Ministris praedictis facultates, praerogativas, & Indulta concesserit, & impertitus fuerit, & alias, prout in diversis ipsis Innocentii Praedecessoris literis desuper in simili forma Brevis expeditis, quarum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis ubi opus fuit, uberius continetur: Et sicut accepimus, memorati quidem Cardinales Visitatores una cum Praelatis Coadjutoribus suis Visitationem hujusmodi, tam in eisdem Patriarchalibus, quam in aliis Collegiatis, & fere omnibus Parochialibus Ecclesiis, ac in multis Monasteriis Regularium, tam virorum quam mulierum, necnon Collegiis, Hospitalibus, Confraternitatibus, & aliis locis piis dictae Urbis postea persecuti fuerint, salutaribusque monitis, & Decretis ubi opus fuit, providerint, Visitatio tamen ipsa in omnibus Ecclesiis, ac locis, & operibus piis praedictis nondum sit perfecta, sed multa negotia eam concernentia adhuc pendente indecisa. Hinc est, quod Nos pastoralis studio considerantes, quantopere visitatio hujusmodi utilis, & necessaria sit non modo ad tollendos abusus, sed etiam ad praevendum, ne deinceps introducantur, quantumque boni ex illa haecenus provenerit, & benediciente Domino proventurum sit, si visitatio ipsa continuetur, & absolvatur, ac in ea quae ad Dei cultum, & gloriam animarumque salutem opportuna, & conducibilia sunt sicut haecenus factum est, in posterum quoque pie prudenterque statuatur, Motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione Nostris, deque Apostolicae potestatis plenitudine, memoratam Visitationem continuari, & absolvi, causasque indecisas in Congregatione praefata pendentes, prout aequitas, atque Justitiae ratio suaserit, terminari, Visitationes particularium Ecclesiarum, ac locorum, & operum piorum jam inchoatas, absolvi, necnon Ecclesias, & loca, & opera pia nondum visitari, caeteraque omnia, & singula visitationem hujusmodi quomodolibet concernentia fieri, geri, statui, & ordinari, ac executioni demandari debere, tenore praesentium decernimus, & mandamus, ac omnes, & singulas facultates, privilegia, gratias, praerogativas, praerogativas, & Indulta quaecumque praedictis Cardinalibus, & Praelatis quorumque Congregationi, necnon omnibus, & singulis Officialibus, & Ministris supradictis a memorato Innocentio Praedecessore per suas literas praedictas quovis modo respective concessa, & attributa per obitum ejusdem Innocentii Praedecessoris minime cessasse, nec cessare, sed in suis robore, & firmitate permanere, omnibusque, & singulis praedictis respective adhuc competere, & suffragari debere, decernimus pariter, & declaramus; Et quatenus opus sit facultates, privilegia, gratias, praerogativas, & Indulta hujusmodi eisdem Cardinalibus, & Praelatis, eorumque Congregationi, ac Officialibus, & Ministris praedictis in omnibus, & per omnia, prout eis respective a dicto Innocentio Praedecessore concessa, & attributa fuerunt, motu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine paribus de novo concedimus, tribuimus, & impartimur.

§. 1. Decernentes eadem praesentes Literas & in eis contenta quaecumque, etiam ex eo, quod quicumque in praemissis, seu eorum aliquo interesse habentes, seu habere quomodolibet praetendentes, cujuscumque status, gradus, ordinis, praerogativae, & dignitatis existant, etiam Cardinalatus honore fulgentes, aut alias specifica, & individua mentione, & expressione digni,

illis

illis non consenserint, nec ad ea vocati, citati, & auditi, neque Causa propter quas praesentes emanarunt adducta, verificata; vel iustificata fuerint, aut ex alia quacumque, quantumvis iusta, pia, & privilegiata causa, colore, pretextu, & capite, etiam in corpore Juris clauso, etiam enormis, enormissima, & totalis laesionis nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis aut nullitatis vicio, seu intentionis nostrae, aut interesse habentium consensus; aliove quolibet, etiam quantumvis magno, & substantiali, ac individuum expressionem requirente defectu notari, impugnari, invalidari, infringi, retractari, ad terminos Juris reduci, seu in controversiam revocari, aut adversus illas aperiitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque Juris, facti, vel gratiae remedium impetrari, vel intentari; seu impetrato, aut etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus concessio, vel emanato quempiam in Judicio, vel extra illud uti, seu se jurare posse, sed ipsas praesentes Literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios; & integros effectus fortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & spectabit in futurum plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari: Sicque, & non aliter in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios; & Delegatos, etiam Caesarum Palatii Apostolici Auditores, necnon ejusdem S. R. E. Cardinales, etiam de latere legatos, ac alios quoslibet quacumque praerogativa, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis; & eorum cuilibet quavis aliter judicandi; & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 2. Non obstantibus, praemissis, ac omnibus, & singulis illis, quae memoratus Innocentius Praedecessor in suis literis supradictis voluit non obstare, caeterisque contrariis quibuscumque.

§. 3. Volumus autem, ut earundem praesentium Literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides ubique locorum tam in Judicio, quam extra illud habeatur, quae ipsis praesentibus haberetur, si forent exhibitae, vel ostensa.

Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die XIV. Januarii MDCCCI. Pontificatus nostri Anno Primo.

IV.

Conceditur Indulg. Plen. perp. in Ecclesiis Ordinis Min. de Observ. die festo S. Rosae Viterbien.

Concessa fuere alia Indulg. ab Inn. XII. Const. edita 1692. Dec. 24. P. 2. Et ab hoc Pontifice Constitut. 1713. Nov. 15. P. 13.

CLEMENS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Agni Immaculati, qui Sacras Virgines spon-
sas spiritualium Charismatum donis multip-
liciter decoratas aeterno sibi consortio in Caelis sociavit, vices licet immeriti gerentes in Terris, caelestes Ecclesiae Thesauros, quorum dispensationem Nobis credidit Deus, libenter erogamus, ut fidelium erga eandem Beatas Virgines devotio ejusmodi muneribus incitata, multiplicibus in dies benedicente Domino proficiat incrementis. Supplicationibus itaque filii Michaelis Angeli a Candia Ministri Provincialis Provinciae Romanae Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Ob-

Preces Ministri Provinciae Romanae.

servantia nuncupatorum, ac Discreti perpetui dicit Ordinis nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, ac de Omnipotentis Dei misericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, omnibus, & singulis utriusque sexus Christi fidelibus vere poenitentibus; & confessis, ac Sacra communione resectis, qui aliquam ex Ecclesiis tam Fratrum, quam Monialium ejusdem Ordinis Jurisdictioni pro tempore existentis Ministri Generalis Ordinis hujusmodi subreptorum haecenus erectis, & in posterum quandocumque erigendis, ac ubicumque locorum existentibus, die festo S. Rosae Virginis Viterbien., nempe die 4. mensis Septembris a primis vespere usque ad occasum solis festi hujusmodi annis singulis devote visitaverint, & ibi pro Christianorum Principum concordia, haereticum extirpatione, ac S. Matris Ecclesiae exaltatione piis ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus. Praesentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

Concessio d. Indulg. die 4. Septem.

Clausula.

§. 1. Volumus autem, ut praesentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides ubique locorum tam in Judicio, quam extra habeatur, quae ipsis praesentibus haberetur, si forent exhibitae, vel ostensa.

Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die XIV. Januarii MDCCCI. Pontificatus nostri Anno Primo.

Confirmatur Decretum Congreg. Rituum, quo fit facultas Eremitis Discalc. S. Aug. Provinciae Franciae canendi horas canonicas cantu Gregoriano.

V.

Facultas canendi in aliis functionibus concessa fuit ab Inn. XII. Const. ed. 1698., Mar. 17. P. 7. Et ab hoc Pontifice tribuitur facultas circa celebrationem Capituli Congregationi Italiae Constitut. ed. 1701. Apr. 30. P. 1.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Nuper a Congregatione Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium sacris Ritibus praepositorum ad favorem dilectorum filiorum Fratrum Provinciae Franciae Ordinis Eremitarum S. Augustini Discalceatorum nuncupatorum emanavit Decretum tenoris, qui sequitur videlicet. Ordinis Eremitarum Discalceatorum S. Augustini Provinciae Franciae, Porrectis Sanctissimo D. Nostro Innocentio PP. XII. a P. Matthaeo a S. Paula Congregationis Eremitarum Discalceatorum S. Augustini Provinciae Franciae Procuratore Generali in Urbe humillimis precibus, ut de benignitate Apostolica Religiosis Congregationis Provinciae Franciae praedictae horas canonicas cantu Gregoriano canendi facultatem imperitari dignaretur, ipsisque a Sanctitate sua ad Sac. Rit. Congregationem remissis, sacra eadem Rituum Congregatio ad relationem Eminentissimi, & Reverendissimi D. Cardinalis Janfon. Quibuscumque in contrarium non obstantibus posse annui censuit, si S. D. Nostro placuerit.

Decretum praed.

§. 1. Cum autem sicut pro parte Matthaei a S. Paula Procuratoris Generalis Provinciae, & Ordinis hujusmodi Nobis subinde expositum fuit, ipse Decretum hujusmodi, quo firmius subsistat Apostolicae Confirmationis nostrae patrocinio communiti summopere desideret: Nos specialem ipsi Matthaeo Procuratori Generali gratiam

Preces Procuratoris Generalis.